

*tima scilicet literarum cognitio, & impensa erga literatos homines benevolentia; hæc in Te uno, Dux EXCELLENTISSIME, ad laboris nostri solatium, nos invenisse, gloriamur. Quum enim plerisque, etsi literas apprime possideant, literatorum amor ut plurimum desit; vel quia alios, præter seipsos, sapientes non reputant; vel quia alios, extra seipsos, charos non fovent: Alii vero, & quidem non pauci, etsi Doctos amore prosequantur; doctrinam tamen assequi, vel nequeunt, vel detrectant: hinc potissimum evenit, ut in eis patrocinium comparare, qui labores suos publici juris faciunt, omnino desperent.*

*Tu autem, AMPLISSIME PRÆSES, qui, ab ætatis tuæ exordio, castissimo sinu Minervam fovisti, & deinde, per totam ferme vitam, in scientiis  
omni-*